



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Hierakosophion**

**Demetrius <Pepagomenus>**

**Lvtetiae, 1612**

xxij. Quomodo capit is dolor cognoscatur, & sanetur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12846**

multo sanguine. expletus enim accipiter  
anserino sanguine, corde grauatur, vt ho-  
mines ebrij facti mentem & rationem ob-  
umbrant, immoderateque feruntur: ita  
ille ad venationem ineptus fertur, quoad  
concoxerit. Ardeolæ, quam veteres græci  
herodium vocant, cerebrum simul cum  
corde & iecinore comedat necesse est: ne  
molestia affectus, minus promptus redda-  
tur ad venandum. nam ægre fert se ex sua  
venatione solius cerebri participé factum,  
reliquis verò partibus esse priuatum. Lari  
cor cum sanguine, & paticis pectoris car-  
nibus comedat. ipsius enim reliquæ partes  
graues & male olentes: sed mergi satietur  
carne, quæ & suauissima est, & facilis ad  
concoquendum. Otidis etiam & turdi  
optima. Palumbæ, merulæ, gallinæ verna-  
culæ, tempore data commodissima, circun-  
cisis pedibus, alisque; ne sentiat auem esse  
domesticā, posteaque agrestibus neglectis,  
circa gallinarum tegeticulas oberret.

*Quomodo capit is dolor cognoscatur,  
& sanetur.*

CAPITIS dolor grauiter infestat hoc  
auium genus. Qui de harum capit is

D iij



dolore indefinite conscripserunt, magnum incommodum pro remedio his animantibus attulerunt. non enim capite dolent, vnam, sed plures ob causas, quarum singulis medicina est adhibenda. Etenim caput dolet accipitri, qui id de more non erigit, sed alis frequenter occultat, sic ut dormire videatur. Is dolor accidit à multo noxio humore ex alienis cibis collecto, in caputque contracto, atque ex obstructione meantium vaporum acrum in caput incubentium. Fit etiam ab immoderato frigore, contracto ex aucupio, ita ut destillatione laboret: interdum à ferore æstuq. solis: nonnunquam à fumo: aliquando ab odore vini, quod perniciosum est. nam nisi auceps intelligit accipitrem ab odore remouendū esse, perit accipiter naturalibus instrumentis læsis. Curatur, si ferri scoriam mortario diligenter tritam arido illius palato infricueris, atque in id inspiraueris vetus vinum, & ut mos est, ipsum curaueris.

*De capitis dolore ob venarum  
obstructionem.*

**C**APITE aograuatus, aspectu mœstus, palpebras oculorum difficulter tra-